



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

2. Septembris. 4. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



2. Septembris. 4. Nonas.

B. MARGARITHA, Virgo Lova-Passa  
 niensis: quæ unâ cum hero tuo Vil-circa  
 larium petens, ut saerum Cisterciense annum  
 Velum fusciperes, in ipso itinere à la-1225.  
 tronibus crudeliter interempta, loco  
 vestis candidæ purpuream cœlis intu-  
 listi. Corpus in undas projectum pisces *Prodi-*  
 adverso flumine trahentes, non longè *gijs ejus*  
 à Lovanio in ripam exposuere. Quod *merita*  
 invetum piscatores, ne in suspicionem *mani-*  
 patrati sceleris venirent, fabulo texe-  
 runt. Sed justum sepulturæ honorem *festan-*  
 tibi denegante terra, cœlum parenta-  
 vit, accensis circa tumulum lampadi-  
 bus, quæ sinè oleo per totam noctem  
 splendebant. Ad quam lucem popu-  
 lus magnâ frequentiâ concurrens, cru-  
 entas exuvias è terra refossas in medio  
 civitatis tumulavit, superimpositâ sta-  
 tim ædiculâ, quæ in hodiernum usq;  
 diem splendore prodigiorum illustra-  
 tur. *Elucet in te ad miserie nostræ solati-*  
*um, Divinæ in nos miserationis propensio;*  
*quæ solius voluntatis pietatem tot prodi-*  
*gijs commendavit. Tu Deum ora, ut qui dat*  
*velle, det etiam perficere.*

B. CLEMENS, cognomento Gi-Ob. añ.  
 menez, monasterii Vallis Paradisi in 1554.  
 Hispania



*Imita-  
sur  
Maria  
virtu-  
tes:*

*que ei  
muri-  
bundo  
assistit.*

*Cruz  
scutum  
contra  
hostes.*

Hispania monache: qui sacratissimam Virginem Deiparam pro vitæ speculo tibi proponens, animi corporisq; puritatem, tuimet contemptum, carnis affligendæ severitatem, aliásque eius virtutes egregiè æmulatus es. Illa vicissim sese elementissimam erga te patronam exhibuit; præsertim circa ultimam cum morte luctam. Cùm enim

demon viriliter dimicanti per horribiles larvas importunus insisteret, adfuit illa multo circumfusa splendore: quo infestum agmen in fugam aversum integram tibi permisit victoriam. Cui tu latissimum præana accinens, Servatoris in Cruce pendentis effigie instar vexilli in altum erectâ: *Vicimus, ajebas, vicimus, fratres, fustus est fugatusque hostis.* Inter quæ verba auspiciatissimam certaminis gloriosi Ducem secutus es ad triumphum. *In manibus nostris est,*

*quoties non sponte vinci volumus, de hoste maligno victoria; modò forcissima Crucis arma in subsidium prehendamus; per qua nempe primum de orco trophæum ipsa Dei virtus erexit. Hac itaque sint unica spes mea, hoc scutum meum in ultimo cum inimicis meis conflictu.*

S. BERNARDUS, ser. I. de Epiph.  
De te, Domine Jesu, suppleo, quod  
minis



aninus habeo in me. O dulcissima  
 reconciliatio! ô satisfactio suavissima! Recon.  
 & verè reconciliatio facilis, sed peru- ciliatio  
 tilis; satisfactio parva, sed non par- nostra  
 vipendenda! Etenim quàm facilis Chri-  
 modo, tam difficilis erit postea. Et si- stris est.  
 cur modo nemo est, qui reconciliari  
 non possit, ita post paululum nemo, qui  
 possit.



3. Septembris. 3. Nonas.

**B** HENRICE, Trecensis Episcopo: Obijt  
 qui illustre illud cœli Austriaci si- anno  
 dus Ottonem, unà cum aliis quindecim 1169.  
 cime prima Germanorum nobilitate  
 juvenibus Parisios comitatus, in redi-  
 tu Morimundense monasterium invi-  
 sisti; & cum sociis, sese mutuò adhor-  
 tantibus, mundo mortuus, Religioni  
 sanctiùs vivere cœpisti. Veluti autem  
 reliqui omnes ad Ecclesiasticas digni-  
 tates promoti sunt; ita & te Villarium  
 Metense primum Abbatem, deinde ul-  
 tra viginti annos Urbs Trecensis Anti-  
 stitem venerabatur. Sed texerunt ni-  
 mirum, non exuerunt animum ac ve-  
 stem Cisterciensem Pontificia corpo-  
 ris ornamenta: quod etiam post fata  
 testatum